



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**

§. 9. Concilium Romanum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. nem Episcopum Halberstadiensem, ad  
 A.C. 1073. Marchionem *Dedi*, ceterosque Saxonie  
 Procures hortatus est, ne ad arma pro-  
 rumperent, sicut etiam hortatus fuerat  
 Regem, donec ipse in Germaniam Nun-  
 cios misisset, qui de his dissidiis cogno-  
 scerent, & pacem reducerent. In hac  
 epistola promittit Papa, se, nec ul-  
 lius mortalis metu, nec alterius amici-  
 tia ductum, curaturum, ut secundum  
 Justitiæ leges cuicunque Parti læsæ sa-  
 tisfieret.

Priusquam vero Legatos dirigeret in  
 Germaniam, Concilium Romæ in prima  
 Hebdomada Quadragesimæ celebratu-  
 rus, Episcopos & Abbates Longobardiæ  
 convocavit, datis duabus epistolis, alte-  
 ra ad Sicardum Archiepiscopum Aquis-  
 lejensem, altera ad Ecclesiæ Mediolanen-  
 sis Suffraganeos; nam ad Godefridum  
 Archiepiscopum excommunicatum scri-  
 bere non poterat. In hac secunda epi-  
 stola dicit, in Ecclesia Romana jam diu  
 morem servari, singulis annis Concilium  
 celebrandi.

## §. IX.

*Concilium Romanum.*

¶ 51. 52. 53. Prima Quadragesimæ septimana, ut præ-  
 stitutum fuerat, celebratum est Con-  
 cilium, quod ex tribus Pontificis episto-  
 lis, die decima quarta Martii anno mil-  
 lesimo

lesimo septuagesimo quarto datis dispi- Sæculum XI.  
 cimus. In eo decretum, ut qui Ordines A.C. 1074.  
 Sacros Simoniace accepissent, deinceps  
 omni Officio privarentur. Illi, qui pe-  
 cuniam ad obtinendas Ecclesias dedis-  
 sent, iisdem Ecclesiis exuerentur. Con-  
 cubinariis nec Missam celebrare, nec in  
 minore gradu ad Altare ministrare lice-  
 ret, quod si tamen præsumerent, populi,  
 illis ministrantibus, Ecclesia exessent.  
 Ita ipse Pontifex per compendium refert to. 10. Conc.  
 in epistola ad Ottonem Episcopum Con- p. 315.  
 stantiensem data, quæ in hoc Concilio  
 acta fuerint.

In eodem Concilio Gregorius Papa  
 Robertum Guischarum, Ducem Apuliæ,  
 Calabriæ & Siciliæ, cum omnibus suis Se-  
 ctatoribus excommunicavit, quod hic  
 Princeps in Campaniam movens aliquas  
 terras Ecclesiæ occupasset. Unde Papa p. 68.  
 in æstate anni superioris in illam provin- Lib. 1. ep. 25.  
 ciam se conferre & Capuæ morari co- 46.  
 actus fuerat, ut Normannorum Princi- ep. 52. &c.  
 pes divideret, seque crescenti eorum po-  
 tentiæ opponeret.

Item in eo Concilio circa complures  
 causas ad Regnum Franciæ spectantes  
 sententia pronunciata. Inter alia lectæ  
 sunt literæ Guilielmi Episcopi Bellova-  
 censis, in quibus rogabat Papam, ut Cle-  
 ricos suos populumque absolveret ab ex-  
 communicatione, qua ob injurias sibi  
 illatas

Sæculum XI. illatas innodati fuissent. Idque obtinuit.  
 A.C. 1074.

Aderant non nulli ex Hispania Episcopi, qui, ut hujus Concilii Decreto obsequerentur, dato libello promiserunt, se Officium Romanum, abrogato Toletano, id est Mozarabico, recepturos. Præterea confirmata est sententia excommunicationis lata anno superiore a Legatis Giraldo Episcopo Ostiensi, & Raimbaldo, contra Munionem Simoniacum, qui pulso Simeone Episcopo Legitimo Sedem Oscensem usurpaverat. Quod ex epistola Papæ ad Alphonsum Regem Castellæ, & Sanctium Regem Arragoniæ mensis Martii die decima anno millesimo septuagesimo quarto data discimus. Tandem in eodem Concilio redditæ sunt literæ Geisæ Ducis Hungariæ, cui Papa amicitiam promisit & tutelam, indicans, ipsum debere ad Azonem Marchionem, nempe ex Principibus Italiæ Pontifici carissimum, literas dirigere, si aliqua essent, quæ a Sede Apostolica impetrare cuperet.

I. ep. 64.

ep. 58.

§. X.

*Episcopatus Olomucensis restituitur.*

ep. 59.60.61. Non nullæ etiam Gregorii VII. epistolæ sub idem tempus datæ in causa Episcopatus Olomucensis in Moravia occurrunt. Quod referre operæ pretium est. Severus Episcopus Pragensis, rogatus a Wratislao,